Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

salutis mee. Ego primogenitum po
nam illum excelsum pre regibus terre
In eternum seruabo illi misericordiam meam
et testamentum meum fidele ipsi. Et
ponam in seculum seculi semen eius
et thronum eius sicut dies celi. Si
autem dereliquerint filii eius legem
meam et in iudiciis meis non ambu
lauerint. Visitabo in uirga iniqui
tates eorum et in uerberibus peccata eo
rum. Misericordiam autem meam non dispergam
ab eo. neque nocebo ei in ueritate mea
Neque prophanabo testamentum me
um et que procedunt de labiis meis
non faciam irrita. Semel iuraui in
sancto meo. si dauid mentiar semen
eius in eternum manebit. Et thronus
eius sicut sol in conspectu meo et sicut
luna perfecta in eternum et testis in celo
fidelis. Tu uero repulisti et dispexis
ti. distulisti xp̄m tuum. Auertisti tes
tamentum serui tui. prophanasti in terra
sanctuarium eius. Destruxisti omnes
sepes eius. posuisti firmamentum eius
formidinem. Diripuerunt eum
omnes transeuntes uiam. factus est
obprobrium uicinis suis. Exalta
sti dexteram deprimentium eum. letifi
casti omnes inimicos eius. Auertisti
adiutorium gladii eius et non es au
xiliatus ei in bello. Destruxisti eum
ab emundatione et sedem eius in terra
collisisti. Minorasti dies temporis eius per
fudisti eum confusione. Usque quo
domine auertis in finem exarde
scet sicut ignis ira tua. Memorare
que sit nostra substancia domine et
quia non uane constituisti omnes filios
hominum. Quis est homo qui uiuz

et non uidebit mortem. eruet animam
suam de manu inferi. Ubi sunt
misericordie tue antique domine sicut iuras
ti dauid in ueritate tua. Memor es
to obprobrii seruorum tuorum quod con
tinui in sinu meo multarum genti
um. Quod exprobrauerunt inimici
tui domine. quod exprobrauerunt com
mutationem xp̄i tui. Benedictus
dominus in eternum fiat fiat

Domine refugium factus
es nobis a generatione in ge
neratione. Priusquam mon
tes fierent. aut formaretur terra et
orbis. a seculo usque in seculum tu es
deus. Ne auertas hominem in humi
litatem. et dixisti conuertimini filii homi
num. Quoniam mille anni ante oculos
tuos. tamquam dies hesterna que preteriit
Et custodia que pro nichilo in noc
te habentur. eorum anni erunt. Mane
sicut herba transeat mane floreat et
transeat. uespere decidat et induret et
arescat. Quia defecimus in ira
tua et in furore tuo conturbati sumus
Posuisti iniquitates nostras in
conspectu tuo seculum nostrum in il
luminatione uultus tui. Quoniam omnes
dies nostri defecerunt et in ira tua de
fecimus. Anni nostri sicut aran
ea meditabuntur dies annorum nos
trorum septuaginta anni. Si autem
in potentatibus octoginta anni
et amplius labor et dolor. Quoniam
superuenit mansuetudo et corripiemur
Quis nouit potestatem ire tue. et
pre timore iram tuam dinumerare
Dexteram tuam sic notam fac et e